UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis, Bibliothecis, et aliunde

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Traiectensia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69234

Visual Library

ELVIRA DE VALENCIA Brugenſis marito, (heu quondam ſuo) Amoris & mœroris monumentum P. C.

TRAIECTENSIA.

AD FRANCISCANOS.

D. O. M.

IOANNI GOROPIO BECANO, diuinar. atque humanarum rerum bonarumque artium periſſ. KATHARINA DECORDIS vxor, & filiolæ duæ coniugi ac parenti dulciſſ. cum lacrumis poss.

Procurantibus LAEVINO TORRENTIO & GASPARE SVRCHIO, quibus ille res ſuas moriens commendauit.

Vixit ann. LIII. Obijt IV. Kalend. Iulij, anno M.D.LXXII.

IN TEMPLO CRVCIFERORVM.

HENRICVS DIONYSIVS *hic tumulatus,*
Nominis excellens religioſus erat: (IESV
Diuini verbi doctor clariſſimus, idem
Qui vigil hac Geuſias arcuit vrbe faces.
Qui legis hac, da vota Deo & depoſce quietem
Defuncto, & mortis ſedulus eſto memor.

Obijt anno CIↃ. IↃ. LXXI. Die VIII. Nouemb.

DE S. SERVATIO S.P.Q. TRAIECTINO *ded. cuius tutelaris iſte eſt Diuus.*

Anag. { SERVAT ✓ IVS / HVBEWAERT T'RICHT } Ius, vel Traiectum.

Viuere nos medijs, ſi quis miratur in armū,
Cumq́; pericla premant, eſſe pericla procul:
Cauſſa eſt; cum noſtră ſeruat SERVATIVS vrbem,
SERVAT-IVS; ſeruat nomen & ipſe ſuum.
Vrbem ni ſeruet: perdet Seruatio nomen,
Si rurſum in Batauas vrbs cadat iſta manus.
Sic cùm noſtra ſalus SERVATI nomine conſtet,
Quamdiu nomen erit illius, vrbis erit.

Bernardus Bouhuſius de Soc. IESV. facieb.

IN SACELLO REGVM FRANCIAE, *ad D. Seruatij.*

MEMORIAE,
&
CAROLO RICHARDOTO
Magni illius Richardoti
Principp. P. Q. Voto
cum poteſtate, fide, fama max.
ſanctioris concilij Præſidis
filio,
magnæ ſpei adoleſcenti,
paternarum virtutum hæredi,
qui
ob raram indolem,
ad mercatum bonarum artium
Traiectum miſſus,
ſperatæ virtutis documenta
cottidie exhibebat,
ſed
ô infortunium!
lex fati intempeſtiua & ineuitabilis
inter adoleſcentiæ primordia
continuis calculi dolorib.

grauiter afflictum,
&
iam tertio ſed fruſtra inciſum,
ter quintum ætatis annum
necdum ingreſſum
abſumpſit anno CIↃ. IↃ C. Nouemb. III.

AD DIVI FRANCISCI.

Quis tegitur tumulo? ROLANDVS DELPHIVS
Deliciumq; hominum, deliciumq; Dei. (ille,
Illius ſed enim mentem finxiſſe videtur,
Candida ter puris ſimplicitas manibus;
Innocuos mores Probitas, Induſtria corpus,
Ora lepor; cineri tot bona Parca dedit.
Simplicitas, probitas, induſtria, flete leporq;:
Nam iacet hic veſtro DELPHIVS exitio.

MEMORIAE SACR.

F. ROLANDO DELPHIO, ORD. F. MI-
norum, modeſtia & patientia ad mira-
culum prædito:
Monaſticarum obſeruationum laudi nato,
harundem æterno damno denato,
confratres religioſi
hunc titulum & tumulum mœſti POSS.
Hoſpes prece me viuus iuua, mortuus iuuabere.

MECHLINIENSIA.

MAXAEMILIANVS VRINTIVS
S. P. Q. Gand. à ſecretis.

MAieſtate fori, ſacroq; verenda Senatu,
Arx legũ, & Dominæ meta ſuprema Togæ,

Arx.